



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Quid sit Angelos assumere corpora, cuiusque naturæ ea corpora sint, &  
num Deus aliquando corpus similiter assumpserit. disp. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

## DISPUTATIO II.

*Quid sit Angelos assumere corpora, cuiusque natura ea corpora sint, & num Deus aliquando corpus similiter assumpserit.*

*Quid sit ab  
Angelo cor-  
pus assumi.*

R Eiectis erroribus disputationes praecedente im-  
pugnatis, explicanda sunt tria illa, quae in tenuo continetur. Quod ad primum attinet, dicendum est cum D. Thoma hoc loco in responsione ad secundum, & eum communem Scholasticorum sententia in 2. dist. 8. Angelum assumere corpus, ut modo loquuntur, nihil esse aliud, quam vniuersi illi, tanquam motorem mobilis, in quo appetit, & representatur. Quod sit, ut intelligentia mouens corporum non dicatur, corporum assumere, quia licet vniuersi illi tamquam motor mobilis, non tamen per illud representatur, ut in eo appareat, quasi Angeli personam sustineat. Hie deinde, ut Angelus, qui fauces & linguam aliam Balaam mouebat ad loquendum, non dicatur assumptus corpus, fauces, aut linguam illius, sed quod non intenderit in illis predictis modo apparere. Fit tertio, ut neque demon, dum per serpentem locutus est, & Euam decepit, serpenteum assumperit; neque ut Energumeni, qui a demoni vexantur, & lamiae, aut alijs, qui ab eodem deferuntur interdum de loco addocu, dicantur assumti a demoni, quia licet demon in illis corporibus aliquid operatur, non tamen in eis appetit, ita ut referantur, sustineantque personam demonis id quod tam ad eam assumptionem corporis, de quo modo loquiuntur, est necessarium. Dixide quia modo loquiuntur, quoniam ut assumere est idem, quod ariperere, aut etiam transferre, certe, & lingua anima Balaam potest dici assumpta, hoc est, mota ad loquendum ab Angelo, & Energumeni, lamiae, & cateri, qui interdum a demoni de loco ad locum transferuntur, dici consueverunt arrepti, aut assumpti a demoni.

Quando ergo Angelii boni, aut mali se ostendunt in corpore aliquo, sive illud substantialis sit diuersum ab eo, cuius similitudinem refert, ut quando de substantia aeris, aut alterius similiis rei sumitur corpus, quod similitudinem habeat hominis, sive sit substantialis illud. Idem corpus, quod appetit, ut si diabolus assumat verum cadaver, quod hominis mortui effigiem retinet, & nihilominus illud moueat, aut in eo loquatur, vel etiam assumptus corpus vivunt, in quo sermonem faciat, sive ipsum manifestet, quia corpus illud personam (demonis sustineat) verè dicuntur assumpti tale corpus, ut modo loquuntur. Neque enim placet sententia Durandi in 2. dist. 8. quæst. 1. ex eo assertis, corpus vivum non posse assumi ab Angelo, sive bono sive malo, quod tale corpus verè refert animal, cuius est corpus, & non Angelum. Ut tamenque Angelus appearat in corpore aliquo, non est necesse, ut corpus assumptum effigiem habeat Angelis: id enim nulla ratione fieri potest: sed sufficit, ut non propriam rationem corporis, quod exteriori appetit, sustineat, sed Angelis, sive lateat eum, cuius personam sustinet, esse Angelum, ut cuenire solet dum Angelus in corpore phantastico appetit: sic enim Raphaël, qui apparuit Tobit, non est cognitus quasi Angelus, quoque ipsum manifestauit: sive id sit manifestum, vel Angelus ipse manifestet se esse, cuius personam corpus illud sustinet. Hac eadem ratione existimo, Angelum assumere posse corpus vivum hominis: neque enim ad id necessi est, ut intrer substantiam animæ rationalis, sed satis est, si moueat ad loquendum corpus assumptum.

Molina in D. Thom.

A pus, & manifestet seipsum esse, qui loquitur, & eius personam homo ille tunc gerat.

*Scotus & Gabriel in 1. dist. 8. adducunt tamquam conditionem requisitam, ut Angelus corpus aliquod assumat, ut sit definitum in eo corpore, hoc est, ut ita*

*aplicet suam substancialiam ad corpus illud, & ad spaciū quod corpus ipsum occupat, ut substancialia Angelii extra illud spatium non existat. Taque ratione*

*volunt, Spiritum sanctum non assumptum corpus columba, quæ apparuit super Christum: sed quod,*

*cum Spiritus sanctus sit ubique, non esset in illa definitum. Puto tamen reficiendam esse hanc senten-*

*tiā. Primo, quoniam Christus verè assumptus natu-  
ram humanam: cum tamen non fuerit in ea defini-  
tiū: ergo ut corpus dicatur assumptum; vel à Deo,  
vel ab Angelo, non est ne celo, ut sit in ea definitum.*

*Secundo, quoniam ridiculum esset affirmare, quod*

*dum Raphaël in corpore assumpto erat præfens*

*Tobit, aliquid operaretur simul in loco distanti,  
int̄a sph̄aram tamen in qua tota poterat collocare*

*simil suam substancialiam, definiret habere assumptum  
corpus, in quo adhuc apparere & erat præfens Tobit.*

*Addit, quod Angelus, qui apparuerit Lodo, simil*

*erat in corpore assumpto, & extra corpus assumptum  
percutebant & cœcitat Sodomitas, ac proinde non*

*est definitum in corpore assumpto. Hæc quod at-*

*tinet ad primum eorum quæ proposta sunt.*

*Quod vero attingit ad secundum, D. Thomas hoc*

*loco, Durandus in 2. dist. 8. quæst. 1. & quidam alijs*

*affirmant, corpora assumpta, tam ab Angelis bonis,  
quam à malis, sed esse de natura æterna, adhuc tamen*

*partibus aliquibus terrestribus, aut etiam aquæis,  
aliquibus exhalationis vaporibus, aut nubibus, ut Richar-*

*dus eadē distat. 1. q. 3. & D. Bonaventura art. 2.  
qu. 2. Gabriel quæst. 1. & alijs volunt: quod D. Tho-*

*mas & Durandus non negant. Hæc enim æterna per-*

*mixta, ad facilitatem condensationem, figuram, &  
colorēm, qui in eiusmodi corporibus assumptis ap-*

*parer, conducunt: sive color illi verus sit, sive appa-*

*rēs dumtaxat, ex receptione lucis intra illud corpus,  
eo modo quo ex lucis receptione, certa quadam co-*

*ndensatione, aut permixtione terrestrium exhalatio-*

*nūm, apparere solent varij colores in nubibus. Satis*

*namque probabile existimo colores, qui in eiusmo*

*de corporibus assumptis apparent, interdum esse ve-*

*ros, interdum vero solūm apparentes ex luminis fu-*

*sceptione. Porro ex vario situ, condensatione, & per-*

*mixtione aeris cum vaporibus, & exhalationibus, pro-*

*venire potest effigies, & color capitidis, oris, naruum,*

*dentium, palpebratum, & ceterarum partium, ac membra, que præ se ferat compositionem ho-*

*minis, aut alterius animalis, vel cuiusvis alterius rei*

*in corpore assumpto. Est autem eiusmodi corpora*

*assumpta de substantia aeris confirmat Durandus,*

*quoniam experientia compertum est, eiusmodi cor-*

*pora percussa enate, celsissime enat, neque vilam passa*

*fuisset laetiorum: id autem eum natura aeris conser-*

*vit, qui facile cedit, statimque per coniunctionem*

*partium ac statim pristinum regreditur. Aduer-*

*tim tamen, licet eiusmodi corpora assumpta, neque*

*caro sit, neque ossa habeant, interdum tamen non*

*solum quoad colorēm, carnis & ossium similitudi-*

*nem habere, sed etiam quoad tactum, ut Caietanus*

*2.2. questione 99. articulo tertio ait experientia*

*esse compertum: id quod ex condensatione, permis-*

*sionēque maiori partium terrestrium prouenire po-*

*test, demone, aut Angelo bono, opposiente simul*

*suam vim ad mouendum ac impediendum motum*

*localē alterius corporis, ne penetret corpus as-*

*sumptum.*

*Resellitur.*

*Corpora quæ ab Angelis assumuntur non solent esse mixta perfæcta.*

Ex his omnibus constat, corpora ab Angelis assumpta non esse mixta habentia formam substantialem eorum corporum mixtorum, quorum similitudinem referunt. Nec enim tam facile possunt generari (inquit si sit sermo de corpore humano, aut de alterius animalis perfecti, non possent virtute dæmonis, aut etiam Angelii boni, applicando actitua palius fabricari; eò quod necellarii fit concursus alterius animalis eiusdem speciei tamquam caule particularis) neque tam facile resoluerentur ad disperarent, quam facile constat evanescere, ex historia Raphælis, Tobie 12. Sunt vero, ut plurimum eiusmodi corpora mixta imperfecta, non solum quia constat aëre condensato, sed etiam quia habere solent permixtos vapores & exhalationes: quæ omnia facile dissoluuntur & evanescent, redeuntesque ad suam pristinam dispositionem. Hoc de secundo.

*D. Cyprianus & quorundam aliorum testimonia.*

*Deus nuncquam assumptus corpus eo modo quo Angeli.*

Quod attinet ad tertium, D. Cyprianus lib. 2. aduersus Iudeos cap. 5. in lib. aduersus Præxam. Gregorius Nazianzenus in tractatu de fide, & D. Hilarius 4. de Trinitate, putant, Deum in assumpto corpore visibili appareuisse aliquando Patriarchis, Moysi, & Prophetis. Dicendum tamen est, Deum neque in veteri, neque in novo testamento assumptum corpus eo modo, quo illud assumptum Angelii. Etenim in veteri testamento, Angeli erant, qui in corporibus assumptis personam Dei gerebant, ut docent, ac probant egregie Dionyfius 4. cap. celestis hierarchia, D. Hieronymus ad Galatas 3. Augustinus 3. de Trinitate capite ultimo, quod idem repetit lib. 4. capite ultimo. Et Gregorius in præstatuone Moralium capite 1. constatque ex sacris literis, Quamvis enim Exodi capite 3. dicatur, Dominum apparuisse Moysi in flamma ignis de medio rubi, dixisseque illi: *Ego sum Deus Abraham, &c.* Stephanus tamen Actorum capite 7. docet, fuisse Angelum qui perfonam Dei agens, cum Moysi loquebatur. Licet etiam Exodi capite 19. & 20. narretur, Dominum tradidisse legem Moysi: Paulus tamen ad Galatas capite 3. ait, *legem ordinatam fuisse per Angelos in manu mediatoris*, hoc est, Moysis, qui mediator erat inter Deum & populum. Et ad Hebreos 2. de eadem lega ait: *Si enim, qui per Angelos dictus est sermo, &c.* Idem ex ipsomet contextu Scriptura Genet. 22. ostendit egregie Augustinus 3. de Trinitate cap. ultimo, de apparitione illa, quando Deus Abraham praecipit immolationem proprii filii Isaac.

Quod ad apparitiones Dei in novo testamento attinet, ut quando Spiritus sanctus apparuit super Christum in specie columbe, & in die Pentecostes super Apostolos in specie linguarum, dicendum est cum Augustino 2. de Trinitate capite 6. & libro 4. cap. ultimo, & epistola 102. corpora illa ministerio Angelorum formati fuisse, ut presentiam Spiritus sancti representarent. Quia ergo non ab Spiritu sancto tamquam à causa particulari formati sunt a mota, non dicuntur assumpta ab Spiritu sancto: tandem si Spiritum sanctum presentem representarent: neque item ab Angelis, quorum ministerio sunt formati, fuerunt assumpta: eò quod non corum

personas, sed Spiritus sancti præsebantur.  
Tandem quod eiusmodi corpora unita non fuerint Spiritui sancto hypothesis ostendimus coram piose quest. 43. artic. 7.

## ARTICVLVS III.

*Virum Angelii in corporibus assumptis opera vita exerceant.*

**C**ONCLUSIO est. Angelii in corporibus assumptis non possunt exercere opera vita: possunt tamen exercere in eis quædam operibus vita similia. Primum probatur, quia opus vita est efficiens à principio vita intrinseco rei, quæ mutatur tali operatione vitali: sed Angelus non est intrinsecus corpori inanimato, quod assumit, & in quo exercet operationes, nec efficit cum illo vium per se: ergo operationes, quas Angelus exercet in corpore assumpto, non sunt vitales. Sicut enim motus baculi, licet fiat à vivente, non tamen est opus vita, ut est opus manus: eò quod hic fiat à principio intrinseco supposito, cuius pars quædam est manus, ille vero aliud fiat à supposito extrinseco baculo: ita motus, quo Angelus mouet corpus assumptum, licet fiat à principio vita, nempe ab Angelo, quia tamen non est à principio intrinseco supposito illius corporis, sed extrinseco, non est opus vita.

Secundum probatur, quia Angelii possunt mouere membra corporis assumpti ad modum progressu motus: ille tamen motus, neque erit opus vita, cum sit ab extrinseco, & non à principio vita intrinseco: neque erit propriè motus progressu, sed tristitiae, & analogiè per similitudinem ad verum motum progressuum, qui est opus vita: quare metaphoricè sumitur gressus & ambulatio Angelorum, dum Genet. 18. dicitur: *Cum ergo surrexissemus inde, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur deducens eos.*

Præterea possunt Angelii formare sonos similes vocibus, & de facto formauerunt in corporibus assumptis: edere tamen illos sonos, nec est opus vita, cum non fiat à principio vita intrinseco corporibus assumptis, neque est propriè loqui, sed similitudinariè, ac metaphoricè. Atque in hoc sensu intelligendum est, Angelos fuisse locutos ad Abraham, Tobiam, beatam Virginem, &c. Vtrum autem Angelii indigent instrumento habente figuram lingua, labiorum, &c. ad formandos illos sonos similes verbis vocibus, si quæras: Respondendum est negatiuè, namque & lingua afinæ Balaam edidit Angelus huiusmodi sonum: cum tamen os afini accommodatum non sit ad tales voces edendas. Præterea vox illa de celo: *hic est filius meus dilectus: ministerio Angelorum formata est sine ore & lingua: nouerunt namque optimè Angelii eo modo percussere aërem, vt absque ore & lingua sonus ille resulset.*

Item possunt Angelii terere cibum in corporibus assumptis, & transmittere illum in patrem interiorem: quod faciebat Raphæl dum comitabatur Tobiam, feceruntque Angelii quos Abraham Genet. 18. hospitio excepti: attamen illud neque erat opus vita, propter rationem sepè redditum, neque erat verè comedere, ut constat ex illo Tobie 12. *Cum essem vobiscum videbar quidem manducare & bibere, sed ego potu inuisibili & cibo vitor. Comedere namque est motu animali maxillarum, lingua, & fauicum terere, & transmittere cibum in eam patrem, in qua natus sit conuerti in substantiam viventis, quod pascebitur, siue conuertatur, siue non. Quod dico, quia Christus verè comedit post resurrectionem, vt Augustinus 13. de Cuiitate Dei cap. 2. affir-*

*mat.*